Universitätsbibliothek Paderborn

Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m], Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi, belliq[ue] gestaru[m] Compendium

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

XXXVI. Antistes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

Visual Library

sępe dissimulās, minime clericorū partibus faue re notabatur. Plebei etenim ciuitatē murovestiē tes, ecclesiasticorū ingenuitatē primū aspernati. Deinde canonicos, aut cooperarios, aut soluēdo ęquales deposcebāt. E diuerso illi a ciuitate se sub ducētes, in ciues Apostolicū fulmē immittebāt & honoratiores mercatores e Frācia redeuntes mercibus spoliabāt. Vnde reb9 pacatis Antistes ciues iure iurādo cōstrinxit, & immunitatē cleri corū intemeratā conseruauit. Obijt anno salutis 1199. anno administratiōis. 4. sepult9 in Collegio diui Lāberti. Floruit sub Apostolicis viris Celestino. 3. & Innocētio. 4. Imperātibus Henrico filio Fręderici & tempore Scismatis Philippo & Ottone. Quo tēpore carbones (qui lingua Leodiensi, hullę vocātur) pauperculo fabro effodiendi mōstrati sunt in locis sub terraneis, qui hucusq͂ e venis quasi cōcreti depēdent, & opera carbonariorꝝ rescindūt, quorꝝ calor odorē sulphureū cōmixtū habet, & in cineres impurgatissimos paulatim se dimittit.

Carbones inuenti sunt

¶ XXXVI. Antistes

HVgo de Petrapōte nobilis, doct9, prudēs & magnanimus, Collegij summi præpositus, ab Ottone rege cōmendat9, & a Guidone cardinale Pont. summi legato cōfirmatus est anno salutis millesimo ducētesimo. Qui hæroica virtute prędit9, Appellationē, cui Romę

anno 1200.

respondere cogebatur, sua oratione & munere
destruxit, & monasteriū vallis diui Lāberti, coo
perāte sibi Comite Clarimōtano a fundamentis
ædificauit, annuisq; censibus dotauit. Quos ab
Hoñanis importune exigēs, magistratus hac par
te rebellare expertus est. Vnde belli machinas a Rebellio Hoñanorum
Namurco aduehi iussit, quas illi succensis naui-
bus, in forū protraxerūt. Quæ res cū male habe
ret tantū principē, ilico minacia signa portendēs
& alia instrumenta multo crudeliora cōparans,
sic Hoñanos deterruit, vt sponte sua nudis pedi
bus Leodiū properarēt, ibi oratione longa teme
ritatē confessi, tandē ad instaurandū omnia adiu
dicati sunt. Sed quū dissidiū inter ducē Brabātię
& Comitem Lossensem de Colonia Trudonē-
si, ortū fuisset, & vtrimq; de trecensu (quem vo
cāt) anceps ventilaretur questio, Metēsis Archie Antistes in Brabantum arma assumit
piscopi consilium insequutus Antistes, armis a
Brabanto iniustā vendicationē reposcebat Quo
propugnatore. Comes plurima moliri ausus, ex
ercitum instruxit, & Comitatum in feudū om-
nēq; iurisdictionē Antistiti submisit. Quare Bra
bātus Landis, totos octo dies magna potētia re-
morat⁹, nihil æque desyderabat, q̄ bellū cōmit
tere, cum ijs, qui Varennam iam ante natalem
Ioannis Baptistę oppetierant. Quod Philippus
cognomento nobilis Comes Namurcensis,

56

singulari prudẽtia impediẽs rẽ citra sanguinẽ cõposuit. Interea Antistes, ducis ingeniũ probe decernens, nonnihil leodinis male euenturum suspicabatur, & cleri totius atque Magistratuum, nobiliũq; consilio, ab ĳs qui Leodiũ ingrediebãtur, tributũ exigendũ ordinabat, quo aucupio, Muri, portę, Gaganę vsq; ad montẽ Vvalburgi perfecti sunt. Deinde etiã syluã elegantissimam vendidit, cuius præcĳ magna pars Antistiti cessit, pars ædificĳs ecclesiæ, pars męniorũ opificio Post Guido abbas Cisterciensis Pont. Max. legatus, leodiũ aduenięs, ab Antistite humaniter acceptus est. Cuius ibi sollicitudine Xenodochion diuo Mattheo nuncupauit: & quotannis in conuersione apostoli Pauli inuisendũ multis gratĳs populo commendauit. In sacerdotũ atq; canonicorũ luxuriam multa fortiter asseruit: & vocatis collegiorũ propositis, aliquot cautiones autoritate Pont. Max. promulgauit. Ne canonici horis diurnis, pariter nocturnis a templo abessent, qui & communi refectorio atq; dormitorio se continerent. Ne mulierũ strepitu impediti, minus suo instituto satisfacerent, Canonici tãtum accolyti in tractatu collegiorũ nullius autoritatis haberentur: donec sacris iniciarẽtur. Perinde Archidiaconi, nisi diaconi essent, stipe & honore atq; autoritate carerent. Ambientes plura sa-

cerdotiā despicabiles collegijs fierent: & comā-
tuli comāq; calamistro rotantes, non prius eccle
siastica immunitate gauderent, q̄ coronā in capi
te deferrent. Quæ fredericus Imperator æmula
tus, in Namurcēsi collegio sanctorū Petri & Al
bani, quod ipse dotauerat, obseruari præcepit,
& nonnulla alia adijciens, hoc modo vitijs eccle
siasticorū prospexit. Interea Henricus Brabātiæ
dux vicinas terras inuadere p̄sumēs, in opulētiā
Antistitis Leodini intabescēs, oportunitatē quę
rebat affligendi omne territoriū. Nā Balduino
Flādriæ atq; Hānonię comite, magnatū equita-
tu & militū copijs instructissime in expeditionē
Constantinopolitanā profecto, quū in Impera-
torē electus fuisset. Henricus hæreditatē illi⁹ ad
se attinere ratus, vicinas prouintias populat⁹ est
Qui in Hollandiā irrūpens, mox in Gelriā incur
sans, comitē Gelrorū deposito sacramento, sibi
fidelē fecit. Quē non multo post iterū apprehen
di iubens, nō ante dimisit: q̄ triū miliū Marcha
rū coloniēsiū summā, filio dato obsidi, promit-
teret. Verū is ex cōdicto præciū se posse conseq
desperās: Antistitē Leodinum rogauit, & noua
pactione pecuniā extorsit. Nā conuocatis prin-
cipibus, duce Lymburgensi, & Philippo comi-
te Namurcensi, se suumq; principatum Antisti
ti commendauit, & absolute dominiū ei Traie-

Dux Brabante⁹ Comitē Gelriedetinet

cto vsq; in Ruremundã, tantisper summisit donec nummos exacte rependeret. In hunc modũ filius obses datus liberat⁹ est: & molestię iugesq; incursiones deuitatę. Tametsi aliunde malũ aliud prouenit quod Ducem irritaret. Patruus enim illius Comes de Muha & huius coniũx, dũ liberis carerent, regiã suam & ditionẽ ceremoniis adhibitis, puta ramusculo florenti cespitibus, superposito, diuo Lamberto in fęudũ vltro obtulerunt, & specialiter expressis datisq; conditionibus, etiam superueniente hærede, se ac posteros ad quartam generationẽ alienauerũt. Quod comprimis impiũ existimauit Henricus: & ĳsdem defunctis castrum primarium statim custodibus illic missis vsurpauit. Quapropter Antistes Imperatoriam sententiã requirens, quum dux inferior in causa esset: minas in clerũ & virulentiam efflauit. Cuius impetũ Leodini formidantes, ne eos insperate, posset opprimere, Pontem & aggerem Traiecto finitimum, solo æquauerunt. Nam illũ audierunt Ottonẽ regẽ adĳsse, qui iam fulmine Pontificio ictus, in statum ecclesiasticũ lętali animo velitabatur. Quo impulsore Leodium ab Antistite eximere sperauit, & diu dolos meditatus, ab Hugone ingẽtem pecuniæ summã argumento nullo habito poposcit. Porro pecuniam dare, q̃ expectare rei

Dux Brabantus in clerũ, minas & virulẽtiam efflat.

publice discrimen malebat, & iusiurandũ litte-
rasq; Ducis de pace flagitans, multum duci tri-
buere notatus est. Ex quo formidolosum eum
estimantes, grandia moliri aduersus Leodinos
inceperunt. Accessit enim comes Gelriæ, q ob
grande debitum Antistiti male volebat: & du- Comes
ci per se satis insano, ceu oleum fornaci adhibẽs Gelriæ
animum addidit, obsidendi Leodium. Igitur in
dominica Ascensionis Antistitem imprudentẽ
& horum minime conscium opprimere cogi- obsidetur
tantes: quum se occasione (nescio qua) pridie in Leodiũ.
Arcem Hoŋanam recepisset, ciuitatem occupa
uerunt, collegia spoliauerũt, domicilia vastaue
rũt, vt parũ obfuerit, quin tota ciuitas a Gelro
exureretur, nisi forte fortuna Castellanus Bru-
xellensis, illic habẽs filiũ canonicũ, succurrisset
Porro dux in palatiũ conuocatis ciuib9 per ora
tores satẹgit, vt põtifice abnegato, se Imperato-
rios iureiurãdo vociferarẽtur. Deinde domũ ci
uicã (quã hallã vocabãt) quo Antistitũ insignia
& decreta atq; priuilegia conseruabantur: incre
dibili crudelitate manu propria igniculum sup-
ponens, incendit, & in cineres redegit. Tan-
ta enim ouantium prospecta leuitas est, vt cru-
ces, diuorumque reliquias, pede conculcarent
& Cantilena in hoc composita, esse se flores,
Leodinos vero spineta iactarent. ¶ Inter hæc

Antistes mente nimiũ consternatus, Hon in dũ cẽ, sententiã ecclesiasticã protulit, & deũ, diuũq; Lambertum sublimi voce vltores inuocans, infidelitatem ducis & comitis criminabatur. Abbates proinde Brabantiæ duci suo conniuentes, inualidã excõmunicationẽ iudicauerunt, sed Innocentius quartus ciues a iureiurando absolues & multa execratione impietatẽ detestatus, sententiã approbauit, & Brabantiã quoq; anathemate percussit. Interea Antistes potentissimorũ principũ implorato auxilio, Ferandũ Comitem Flandrorũ, Philippũ comitem Namurcensem, Lusonẽ comitem Lossensem, & Henricũ ducẽ arduennæ ad se vocauit, & tribus milibus equitum, peditumq; examinibus instructis, Brabantiam inuadere proposuit. Cæterũ dux legatos illic destinans, in gratiam se recipi optauit; & a Ferando patrocinium suppliciter expetens, eius definitione quicquid tandẽ soluendum diceret, stare se, & soluere sposspondit. Sed Antistes nihilo segnius properauit, qui ducem infidelẽ expertus, cõditiones omnes, quas proponebat, semel atq; iterũ respuit: & legationem quasi indignã, refutauit. Cũq; vix aliqua via retineri posset, dũ militiæ signum dedisset, miraculo quodã, tantũ arenosi pulueris equorum strepitu concitatũ est vt inuicem se acies decernere non possent. Pro-

Antistes cõflato exercitu in Brabantiam se præparat.

Miraculũ in coeundo exercitu.

pterea Ferandus iterũ voluntatẽ ducis proponẽs
& sigillum litteris affixum ostendens, Hanno-
niæq; comitatũ possidendũ offerens, donec dã-
num & iacturã solueret, vix demũ Antistitem
placauit, neq; placasset, nisi alio vocatus fuisset,
Nam Comes Barensis vltra mosam, omnia ty-
rannice inuadebat, & turrim de Offen demolie
batur, vnde illic exercitum properare, & comiti
occurrere mandauit, & pactionẽ suo tempore a
duce requirere cogitauit. Quã dum infirmã in-
stabilemq; esse comperisset, iniuriã post annum
Ferando conquestus est. Qui duci Brabanto cõ-
ditionem literis renouauit, sed ille ludens verius
q̃ ex animo se nullius pecuniæ consciũ dicebat,
Quod grauate admodũ ferebat, & diu biles sto
machatus, Antistiti & comiti Lossensi insinua-
uit, se hac illac in Brabantiã incursurũ, modo ad
inuadendũ ex aduer so ipsi quoq; accingeretur.
Ea tempestate Decanus Tenensis duci a consili
is, in ludibrium Episcopi, ludicrũ exercebat, Mi
tra enim & ornamentis Pontificalibus amictus
incedebat; & Archidiaconos, atq; officiales, scri
basq; ordinabat, vsq; adeo, vt plebecula (vt est
mire ad stultitiam accliuis) dicterijs garriret, at-
q; sannis efflueret, Episcopi autoritatẽ execrãdo
obedientiam ei dãdo, & ordine ecclesiastico ab-
utendo. Mulierculę dijs gratias agebant, aniculę

Vide bel-
lũ facinus
decani te-
nensis.

59

& iuuenes gratulabantur, pueri acclamabāt, pu
elle gesticulabantur, deniq; celebri cantilena tā
tum triumphū vniuersi recitabant, quo ab vni
us presbyteri iugo sua colla excussissent. At ve
ro dum tam inepte desiperent, subito morbo &
amentia diuinitus percussus est decanus, & lin
guam in os minutatim commoliens, cum com
plicibus suis multa miseria afflictus, interijt. In
de dux exanimatus, sibi periculum imminere,
præsagiuit: & Philippum Francorū regem soce
rum suum inuocans, aduersus Ferandū in Han
noniam descendere rogauit. Qui missis prælia
toribus, & vtriusq; armaturę exercitibus, castrū
Hannoniense validissimum expugnauit. Qua
occasione comitem flandrorū reuocare ab incur
su Brabantiæ putauit; Quibus auditis dux confi
dens, Leodium secundo obsidere aggressus, &
in Voleniam appropians, multo crudelius quā
ante, vniuersa demoliri instituit. Qui hasbaniā
populatus, Pagos atq; Colonias concremauit.
Tungrim expugnauit, & vltricibus flammis pe
nitus deleuit, vt fumus in Leodio densissimus
appareret, & ingentem ciuibus horrorem incu
teret. Vespere autem Leodium occupare dispo
nens, ab introitu, quem tētauerat, cohercitus est
& postridie turpiter in fugam adactus. Nā Du
cem in Strendremalia accumbentem Antistes

Leodiū secundo obsidetur

Brabātus in fugam adact⁹ est

fere oppressit, & magnam partem exercitus fu-
dit. Quo successu valentior factus, summa pru-
dentia fossienses & Dyonenses, quod cũ Hoña
nis in Hoñum conuenire iusserat, se inuicẽ per
abrupta montium in Montigeis operire, horta
tus est. Sciebat enim Brabantos impendio lassos
non posse longius aufugere q̃ forte in Stippes,
(qui Oppido Hugardiæ, pagus est finitimus.)
Sic in eum modum castris ordinatis, duo milia — Bellũ in Stippes
passuum contendebant, quo ex condicto Los-
sensis Comes & ardueunæ dux conueniret. Igi
tur die dominico, ad quartũ Calendas Maias, ca
strametati sunt. Brabantus quidem prodigiose
seinuicẽ bellico more animãtibus. Leodinis in-
terea suo Antistiti auscultãtib⁹. Qui eos de se ni
hil cõfidere, sed de deo presumere, atq̃ de diuo — Prudẽtia Episcopi.
Lãberto martyre (cuius res ibi agebatur) auxili
um sperare docebat: & ipse pri⁹ genicularis, oẽs
attẽte se inflectere ac peccata cõfiteri admonebat
Quã pietatẽ dũ aduersarij calũniarentur, & qua
si rustica illa Leodinorum congeries sese dede- — Diuus Lã
ret, insipientissime interpretarentur, ecce ilico, — bertus ad
pulcherrimus militię Imperator, baltheo & cly — stat.
peo accinctus, mirabili decore & gloria relucẽs,
eis adstare, & subinde præcedere, atq̃ Ducem,
qui in monte cõsederat, impetere visus est. Cre-
ditũ est hunc fuisse diuũ martyrẽ Lãbertũ, quẽ

Offerno qui novo ... 60

& in somno præcipuis viris antea apparuisse in Leodio, & ciuibus de hoste victoriā prædixisse affirmāt. Effulgebat tunc sol aureus, & in clipeos resplendēs officiebat Leodinis, vsq adeo vt nisi hac parte succurrisset diuinū obstaculū, res magno eorū periculo stetisset. Dux siquidē habenis laxatis euolabat, & equitibus instructioribus imperabat, quoquo modo valerent, Comitem Lossensem interficerēt. Quē prima coitione impetentes prostrauerūt, & eminus ab ephippio eiectū, pene enecauerunt. Sicq aliq̄diu resupinum iterum atq iterum frater eius qui coequitabat in equū reposuit, vnde quum tercio corruisset, rusticus quidā hūc esse Brabātum coniecturans, fere securi ceruicē prescidit. Profecto arduēnę dux patruus ducis Brabantiæ, talibus auspicijs deterritus, quū perpenderet leodinos paulatim vincere, & decrescere Brabātos, magna voce plurima causatus, exercitū auocare conatus est, quasi Comitem Lossensem succubuisse constasset, & in discrimē reipub. vergeret, si amplius fugientes insequerentur. Quod vtrunq comes ipse refellens, saluū se esse exclamauit, & iuratissimū patriæ antesignanū, vt ex huiusmodi verbo Leodini tantū viriū reassumerent, q̄tum opposito negotio, animi perdiderant Vnde in mediū agmē agglomerati, supra tria milia cōfecerūt, & quin

tria milia ... [marginal handwriting]

q; milia captiuauerunt, vt euidenter constaret, quemadmodũ olim vsu venit Iezabeli, quę pro phanis vsibus, sanguine etiã effuso hereditatem sanctorũ vendicauit, ita perpetuo illos affligere dominũ, qui sua temeritate, dei sanctuariũ deuastant. Cuius victoriæ primus nunciator hora nona in leodio cõparuit, Monachus ex ijs quos laicos Cisterciẽses vocãt Antistes redux turrim Hãnuti destruxit, vill ulas passim cõflagrauit, & opidum Levves expugnauit. Ferandus vero Gallis apud Pieton exuperatis, in Brabantiã victor descẽdit, & pactionẽ rursus validã fieri voluit, quã dudum inierat dux cũ Antistite. Datis igitur obsidibus filio suo primogenito, & plerisq; magnatibus. Dux tandẽ Leodiũ profectus est, & cũ Antistite in gratiã redijt. Circa hoc tẽpus anno salutis millesimo ducẽtesimo sexto decimo in traiecto, ecclesia dominorum de Iuncis, qui se fidei milites appellant, cõsecrata est, & in incredibiles diuitias quibus Turcę occurrerẽt, breui excreuit Quo anno Innocentius quartus Pont. Max. concilio cõuocato, quadringentorum & duodecim Episcoporũ, & quinq; legatorum regaliũ, quatuor ordines confirmauit, quorũ primi predicatores & minores essent, qui nõ modo sibi sed & alijs nossent pręesse, & posteriores solitudinẽ sectantes contemplationi vacarent, qui sunt, ordo

Victoria cedit Leodijs

Vide magnificētiā & principatū Antistitis Leodiensis

Trinitatis, & Scholariū. Cūq; huic Antistes Leodinus interesset, & tribus succisiue diebus tres synodi celebrarentur: inter coepiscopos, Hugo præstantissimus assidebat, prima die purpura amictus tyria qua significabat se principem inuictissimum, altera die, Holosericū pensile ad talos gestabat, quæ prudentē virū decebat, tertia die Pontificali infula instructus, numerū plusq̄ centū milium sibi subiectorū arrogabat. Cui Innocentius lacrymā Christi Seruatoris in sudariū cōtulit, quam indiuiduo suo comiti, administratori monasterij diui Laurentij Ottoni, pariter cū iunctura diui Pauli Apostoli seruandā reliquit.

Festū triūphi diui Lamberti

Tunc dies triūphi diui Lāberti inter fastos connumeratus est, & hilari peractus sacrificio, qualiter in hunc vsq; diē præseruare videmus. Præterea Anno salutis Millesimo ducentesimo vigesimo quarto, tanta siccitas tota æstate inualuit, vt exanimes plantæ in terrā arescerent, & cāpis primo flauescentibus, quū aristæ sua cerere luxuriarentur, subito in festo Christophori turbo exort⁹ sic agricolarum spē concussit, vt fame se morituros putarent, quod non tā abfuit, vt apud Leodium etiā vix vllo precio frumentum cōparari posset,

Siccitas

Portenta.

Accessit q̄ apud Sicābros lupi præ fame passim infantes e cunabulis, & homines e domiciliis auferrēt, quos nulla industria, aut machina co

hercere potuerunt. Ignis insperatus Aquisgranū fere absorbuit, & supra quadraginta homines absumpsit. Sequenti anno peregrinus quidā heremita, Balduino Flandriæ comiti simillimus cum plurimi de facie coniecturā facerent, Imperatorē false Constantinopolitanū ementitus, se Balduinū esse confinxit, & Comitatum a magistratibus atq; plebeis Flandrorum quasi a se derelictū repetens, totos duos menses omnem circa regionē deuastauit. Qui a Francorū rege Lodouico accitus. Hugoni Leodinorum Antistiti ad perpendiculū examinandus traditus est, quē de administratione prima interrogans, quū nihil responderet aliq̄diu cūctatus in Coloniā Agrippinā testē Archiepiscopū se producturū pollicebat. Quo iter arripiēs, in via dolose se subducens, in Burgundiam occulit, sed facile agnitus, Rule in Flandria, in furcā sublimis appēsus est, & mēdacij dedit penas. Interea mense Iulio in Niuellam tyranni aliquot e Francia regressi, imprimis Otto rex, dux Brabātiæ, dux Arduēnę, comes Flandriæ, & comes Bolonię in clerū cōiurauerūt, & seditiose stragē meditati, temere territoria inter se resecuerūt, Ottoni ciuitas Leodina H ōn̄ū duci Brabā. atq; castrū Muha. Dionātū duci Bolonię et singulisquibusq;, singulę regię assignabāt, qđ rex Frācorū subodorat⁹, dū Mosā trāsiuisset iuxta

Bouinia͂, aciem̄ inſtituit, & ope diui La͂berti martyris implorata vicit, & Ottone͂ in fugam co͂pulit, ſex comites detinuit. Cui prælio quu͂ non adfuiſſet dux Braba͂tus, ſimultate rege͂ pacare ſtuduit, & literis in hoc ordinatis gratulari ſe plurimu͂ conteſtabatur. Sed prudentiſſimo Antiſtiti magis credens, q̃ inconſtanti Tyranno reſpo͂dere non diſtulit, & viciſſim lænocinio literario illum illudere. Igitur charta͂ co͂plicatam, ſed omnino intacta͂. Sigillo ſuo muniens, & ſolo titulo ſuperpoſito veſtiens, alteras quaſda͂ exiles adiecit, ſub hac ſerie. Paru͂ abeſt hic inanis apparatus, a candore tuo hominu͂ infidiſſime, vt enim plane ſunt, & ſententiaru͂ expertes literæ, ita ab omni fide atq; iuſticia prorſus alieniſſimus es. Ad hæc te͂pora Hugo in Archiepiſcopu͂ Remenſem electus eſt, ſed martyri La͂berto multipliciter obnoxius, habito in Hoyo magnatu͂ co͂ſiſtorio, nullius gentis niſi Leodinoru͂ gubernaculum acceptare voluit. Adminiſtratione͂ vero opidi, & monaſterij Trudonenſis ſub ſe irreuocabiliter recepit, & precio atq; permutatione abbatię de Vachor & Haſtirio in dioceſi Mete͂ſi co͂ſtitute poſſedit. Qui & in arce Hoiana ægrota͂s, teſtamentu͂ quo ęgenis prouideretur condidit, & morte͂ obijt anno ſalutis Milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono, pridie Idus Aprilis, anno adminiſtrationis vige-

ſimo nono, ſepultus in Collegio diui Lamberti Floruit ſub Apoſtolicis viris Innocentio quarto Honorio tercio, & Gregorio nono. Imperantib⁹ Ottone quarto, & Fræderico ſecundo. Regnan tibus Alemannis Philippo & Henrico filio Fræ derici. Sub quo monaſteria aliquot extructa ſūt Monaſterium ordinis ciſtercienſis quod dicitur vallis dei, & monaſterium hochtanū Traiecto fi nitimū. Aſſumptis virginibus e monaſterio S. Saluatoris, montis Aquenſis

¶ Trigeſimus ſeptimus Antiſtes

IOannes Oppia regū Francorū origine clarus ſummi Collegij prępoſitus, ſexta hebdoma da auunculo ſuo Hugoni ſuffectus eſt. Qui proxima ordinatione cōſecratus, in monaſterio vallis diui Lāberti primitias peregit: et villā (que zitre dicitur) duabus milibus marcharū cōparās Valeriano comiti in feudū ſuppoſuit. Qui ne ſcio qua occaſione condiciones infringens, villā Tectis cōbuſſit, & Antiſtitē erga ſe prouocans, ad montē Iouis ſeceſſit. Deinde fortius irrūpens opes eccleſiæ diripere, & caſtrum cui nomen eſt Smaragdo vſurpare auſus, antiſtitem ſe inſequi maxime Flandrorum copijs coegit. Quibus ad Moſam cōuenientibus dum medius equitaret, ſubito dolore correptus, & inſcijs præliatoribus extra aciē in Hoijum aduectus. Obijt anno ad